



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

112. An si sonuerit vnum horologium, possit quis comedere in media
nocte, donec aliud sonuerit, & die frequenti celebrare, vel communicare?
Et notatur, quod si tantum est vnum horologium, vbi cœpit ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76405](#)

tem concessisse, nec ab ipso, nec à Successore admōnum R. P. N. Mutio Vitelscho, moderno Praepōto Generali, reuocatam suam prædictam facultatē, salvo meliori iudicio, existimō posse nos vti prædicta facultate, maximē re communicata cum Superiori, vt in haec facultate ampliori sequamur, & seruemus eandem restrictionem, quam supra diximus in celebrando vna hora ante auroram seruari debere, ita vt hoc priuilegium, & amplior facultas teneatur concessa ad normam, & modum alterius minoris vſus, & facultas non concedatur, nisi primariō omnibus Superioribus, deinde iis, quibus ipsi committunt, idem iudicium sit de hac facultate ampliori. Hęc Dicastillus, quę omnia applicanda etiam existimō Patribus nostrę Religionis Clericorum Regularium, & aliarum Religionum.

RESOL. CXI.

Quomodo tempus media noctis in præceptis Ecclesiasticis sonendum sit?
Quod facit pro ieunio naturali circa Missa celebrationem. Ex p. 7 tr. II. & Milc. 2. Ref. 15.

§. I. **C**uria & noua est quæstio, & pro eius resolutione Ioan. Caramuel in reg. D. Bened. diff. 101. n. 132. tres conclusiones ponit. Prima est: Nullum horologium esse infallibile, idè nulli necessario standum esse. Secunda: Omnia horologia habere viam opinionis probabilis, nisi ita exorbitent, vt eorum error clare, & evidenter cognoscatur. Tercia ipsam est: Horologia accurata hora quadrante à veritate deviare. Vnde inferit, quod temerarius non erit, qui censuerit vrbis horologia, quę à stolidis sèpius diriguntur, integrò quadrante exorbitare. Ideo quadrante hora antequā sonet duodecima, incipit dies sequens probabilit̄; & aq̄ue probabilit̄ antecedens dies finitur quadrante postquam sonuerit hora. Qui in pago, aut in eremo fuerit, vbi solūm est vnum horologium bene regulatum, probabilit̄ potest credere illud plusquam hora quadrante à veritate exorbitare.

2. Sed quid si Petrus haberet horologium exquisitissimum medie noctis tempus præcisē indicens? Respondeo adhuc in rati capi tempus non debere mathematicè, sed ciuititer, & moraliter accipi. Dies notabiliter incipit dicitur, cùm eius octaua pars effluit, nempe post medianam noctem hora tercia. Dies leuiter est inchoata cùm harum trium horarum effluit quasi octaua pars, népe hora om̄in. 22. fecl. 30. Non puto præcepta Politica, siue Ecclesiastica ea sint, siue sc̄ularia, tam exactè posse tempus decernere, vt reus sit qui sublati aliis inconvenientibus, differat opus præceptum uno quadrante: quia aliás Ecclesia rebus faciendis mathematica tempora indiceret, non moralia; quod est contra vniuersorum opinionem. Ita Caramuel.

3. Sed hęc opinio videtur communiter reprobata à Doctoribus, dum loquuntur de præcepto horarum Canonicarum, de præcepto ieunij, seutorum obseruatione, & similibus, & ex illa sequeretur, quod quis statim post horam duodecimam noctis posset Completorium dicere, & satisfacere præcepto Horarum Canonicarum, vel posset comedere carnes, & obseruare ieunium, imo mane communionem sumere, & satisfacere præcepto ieunij naturalis pro sumptione Eucharistie. Et tamen DD. controvrentur: vt alibi videntur, si etiam dato primo pulsu hora duodecimæ media nocte dicenda sit elapsa, ita ut præcepta præteriti diei, vel futuri dicantur elapsa, vel incepta: & omnes concordant quod finito ultimo pulsu hora duodecimæ expirant, & incipient præcep-

Tom. II.

pta affixa diebus, & ita docent Doctores, quos ego citaui in part. 3. tr. 4. ref. 36. quibus nunc addo Praepōto in 1. 2. D. Thom. q. 19. art. 6. dub. 5. n. 8. & Eman. Lugum de Euch. diff. 15. fecl. 2. n. 37. Non desinam tamen adnotare quod sententiam Caramuelis approbat noster Pasqualigus vir doct̄. decif. 338. n. 6. & seq.

4. Nota verò quoad Caramuel diff. 40. n. 463. ex suo principio quod præcepta Ecclesiæ debeat intelligi non mathematicè, sed moraliter non approbat, quod ego olim docui, nempe annum nouitiatus debere computari de momento ad momentum, ita vt si professio officiatur quatuor aut sex horas ante decimum sextum annum sit inualidus: putat enim nouitiatus annum decere esse integrum moraliter, hoc est, secundum estimationem prudentem: sed me citato Caramuelis sententiam non approbat Bordon. tr. de prof. Regul. c. 4. q. 10. vbi docet professionem factam per se- milioram ante æatem requisitam esse inualidam.

Quæ nunc
hanc seque-
tur, in §. vii.
in principio,
& in aliis §§.
& vers. eius
not. & in §.
not. prīmæ
huius Ref.

Docuit in
Ref. 158. &
159. tom. 7.
tract. i. & in
aliis §§. caru
annotationes
num.

RESOL. CXII.

An si sonuerit vnum horologium, possit quę comedere in media nocte, donec aliud sonuerit, & die sequenti celebrare?

Et notatur, quod si tantum sit vnum horologium, vbi caput sonare duodecima hora, aliquis biberet, licet quando sonaret ultima pulsus defissus biberet, non poterit di sequenti celebrare aut communicare. Ex quo inferitur, quod qui buccellam habet masticans, & audit primum pulsus hora duodecime noctis, teneat incontinenti de ore ejcere buccellam, si die sequenti velit Missam celebrare, vel Eucharistiam sumere. Si tamen masticas buccellam de materia carnis, & dies sequens sit ieunij, non teneat illam ejcere, etiam sub veniali. Ex p. 3. tr. 4. Ref. 36.

§. I. **A**ffirmatiuam sententiam docuit Sanch. de Mar. 10. 1. lib. 2. diff. 41. n. 4. aduersus quem novissimè insurrexit Eman. Rodrig. in noua editione sua summae, to. 1. c. 105. n. 6. vbi afferit. [Y que oyendo la media noche esta comiendo y beviendo, no puede comulgar el dia siguiente, pues el precepto de no comulgar hauiendo contido obliga, aunque este en duda si es media noche, porque otros relojes sonaron despues. Esta conclusion es contra Thomas Sanchez, el qual dice si despues sonare otro reloj puede comulgar, attento que son como una: probables opiniones, y cada una se puede seguir, a lo qual respondo que en este precepto de celebrar en ayunas no nos haemos de atar a probabilidades.] Ita Rodrig. & ante illum docuit etiam hanc sententiam Io. Salas in p. 2. D. Thom. tr. 8. diff. 2. n. 264.

2. Sed mihi his non obstantibus placet magis opinio Sanchez, quidquid assertant Rodrig. & Salas. Dico quod diuersa sint horologia, & aliquorum sonuerit ora duodecima, aliquorum non sonuerit, potest qui tunc soluit ieunium naturale, communicare die sequenti, & si illa dies, siue sequens sola sit ieunij, potest dubitans cencere, & edere carnes, perinde ac si essent duas opiniones probabiles, quarum utramque licet sequi, & amplecti. Neque enim teneor ego sequi vnum horologium, nisi forte antecedenter illud assumptum ad ieunium ordinandum, iuxta illius horas, neque etiam in hoe casu, si vnum aliquantulum post aliud subsequenter sonuerit, illius horas sequi teneo; & ita hanc opinionem præter Sanchez tenet etiam Fagund. de præceptis Ecclesiæ, præc. 4. lib. 1. cap. 10. n. 3. Sancius in selectis, diff. 41. a. 18. & Villalobos in summa tom. 1. tract. 1. difficult. 2. 1. num. 17. vbi sic afferit. [Si ay diuersos relojes, se ha de juzgar co-

F 3 mo

66 Tract. I. De Celebrat. Missarum,

mo si huuisse dos opiniones probables, que puede
elijir la que quisiere, saluo si uno de los fuese tal
que de ordinario no anduiuisse bien concertado.] Sic ille. Ad argumentum vero Rodriguez respon-
deo, quod quando quis operatur cum opinione pro-
babili, vt est in calo nostro, non operatur irreuer-
ter circa Sacramentum.

3. Notandum est vero hic cum supradictis Do-
ctoribus, quod si tantum sit unum horologium, &
vbi ceperit sonare duodecima, aliquis biberet, licet
quando sonaret ultimus pulsus defisiat biberet, non
poterit die sequenti communicare, quia quando pri-
mus pulsus hora auditur, iam est hora expleta, &
horologium est tantum testis id indicans; & licet di-
uersi sint pulsus, id enim est, quia nequit uno pulsu-
hora duodecima indicari: sicut uno pulsu hora prima
indicatur. Ex quibus infert Sancius vbi supra in
selectis, disp. 42. n. 20, quod qui buccellam habet mati-
cans, & audit primum pulsus, post duodecima noctis,
tenetur incontinenti deinceps ejercere buccellam, si
die sequenti Sacramentum Eucharisti velut sumere,
vel Missam celebrare: postquam vero buccellam cie-
cerit, non tenetur esse nimis anxius abluendum os.
Si tamen maticas buccellam de materia carnis;
& dies sequens sit ieunij, non tenetur illam ejercere,
etiam sub veniali, non enim cum tanto rigore illud
præceptum positum obligat semoto contempsi.
Ita Sancius.

Sup. hoc in
tom. 4. tr. 6.
ex Ref. 38.
§. vi. inter-
medium, &
finem, vers.
Nam primò.
& vers. Se-
cundò affe-
rit.

RESOL. CXIII.

*An si diuersa sint horologia, & unum sonuerit horam media noctis, aliud vero non, possit qui tunc bibit, vel comedit, Missam dicere, vel communicare se-
quenti die? Ex p. 4. tr. 3. Ref. 19.*

Sup. hoc in
Ref. præterita,
& infra in
Ref. 250. §.
Et tandem,
cuscum in fi-
ne.

§. 1. **A**ffirmatiuè responder Ioannes Sancius in
selectis disp. 53. n. 3. vbi sic ait: Si horolo-
gia diuersa sint, ad pulsationem primi poterit refe-
ctio fieri: sicut enim in odiosis ad ultimum potest
appellari, ita possunt comedentes post horam duodeci-
mam noctis ab uno horologio designatam crastino
Eucharistiam sumere, si aliud horologium sonuisse
conferetur expleto. Ita ille, & ante illum alter
Sancius de marim. tom. 1. lib. 2. disp. 41. n. 40.

2. Sed nouissime aduersus hanc opinionem in-
surgit Merolla tom. 1. disp. 3. cap. 3. corollar. 11. n. 139.
vbi sic ait: Falso est id quod subdant aliqui, id est
Sanchez, quod scilicet si diuersa sint horologia, &
unum sonuerit horam media noctis, aliud vero non,
potest qui tunc solvit ieunium naturale communica-
re sequenti die, quia est veluti si essent duas rationes,
vel opiniones probabiles, licet enim utram illarum amplecti. Hoc, inquam, falso est, quia in
pari causa melior conditio præcepti possidentis, &
opiniones probabiles sunt tantum speculativa, &
ideo homo tunc debet se gerere, ac quando factum
est dubium. Ita Merolla.

3. At, pace huius viri docti, affirmatum senten-
tiam non falsam, sed probabilem, & tutam in praxi
esse existimo, & ideo illam non solùm tenuerit vter-
que Sanchez vbi supra, sed etiam Fagundez prec. 4.
lib. 1. cap. 20. Pharaonius tract. de sacrament. Poenit.
in appendice sess. 3. cap. 14. Vega in summam. tom. 1. c. 14.
cap. 12. & Villalobos in summa, tom. 1. tract. 1. diffi-
cul. 21. num. 7. Vbi ita ait. [Si ay diuersos relaxes,
se ha de iuzgar como si huuisse dos opiniones pro-
babiles que puede elegir la que quisiere, saluo si uno
de los fuese tal que de ordinario no anduiuisse bien
concertado, y se aduierter que el primer golpe que

da el reloxe la hora, y ansi si beuio tras el, aunque
no aya acabado de dar todos los golpes el reloxe, no
podra comulgar esse otro dia.] Sic ille; verum post
hæc scripta inuenio sententiam Merollæ docere
etiam Salas in 1. 2. tom. 2. rr. 8. disput. onica, sect. 23.
num. 264. vnde vtraque opinio est probabilis.

RESOL. CXIV.

An si quis comedat, vel bibat usque ad ultimum iunctum horologij designantis horam media noctis, possit die sequenti celebrare, vel communicare?
*Et an, qui post pulsum primum hora quadrantis, ob solent pulsare ante horas, seu pulsus maiores, in media nocte biberet, aut comedere, possit Missam cele-
brare, aut communionem sumere? Ex p. 6. n. 6. &
Misc. 1. Ref. 34.*

§. 1. **C**uirosum est dubium, & illud negantur.
Spondet Joannes Praepositus in part. 1. 2.
D. Thome, quest. 29. art. 6. dub. 5. n. 8. Vbi sic ait: Si ei-
set unum horologium, & vbi ceperit sonare duodeci-
mam aliquis biberet, licet quando fuerit ultima hora, pulsus,
desisteret bibere, non posset die sequenti
communicare: quia cum primus pulsus hora longa
iam hora est expleta, & horologium tantum est tellus se adiu-
id indicans: & si diuersi pulsus sint, id euenter, ergo se inven-
nequit uno pulsu duodecima indicari, sicut indicat.
Rerum
tur prima hora uno pulsu, quod omnino videtur ve-
rum, & videtur intelligi respectu locorum, in quibus
non est vñus præludiatorum in horologis. Verum vñ
est talis vñus, dubium esse potest, quando sit signum
clapitæ horæ, an initio præludiij, an postquam incipi
primus pulsus hora. Ad quod videtur dicendum,
quod per se loquendo hora sit expleta, quando is-
choatur præludiuum. Ita mihi roulentur varij horo-
logiorum directores à me super hac re confulti. Et
quo sequitur, quod per se loquendo si quis in talibus
locis biberet in initio præludiij hora duodecima, se-
quenti die non posset communicare, quia ab initio
præludiij incipit sequens dies, & per consequentia
die non efficit ieunium naturali. Hac Praepro-
positus, & ex parte Sanchez, & alij quos ego alibi citau-
i.

2. Non definara tamen hic adnotare affirmati-
uam sententiam probabilem esse secundum opinio-
nem Martini Breslerii Societatis Iesu, de consimile,
lib. 4. cap. 11. n. 107. vbi sic afferit: Probabile videtur
horam duodecimam durare moraliter usque ad ultimum sonum; adeoque interim bidentem & compen-
dente non violare ieunium vel naturale, vel Ecclesi-
asticum sequentis diei. Sed post hæc scripta invenio
aliud dubium apud P. Lugo de Sacr. disp. 15. f. 2. 1.
n. 37. an qui post primum pulsus hora quadrantis
vbi solent pulsari ante horas, seu pulsus maioris, in
media nocte biberet, aut comedere, posset communio-
nem sumere. Et negantur responder Lugo, quia
cum incipit pulsari primus pulsus quadrantis est
completa alia hora 12. & incipit hora alterius diei.
Sed nouissime Trullenich in Decal. tom. 1. lib. 4. cap. 2.
dub. 4. n. 8. putat hoc mathematicè verum esse, quia
tamen moraliter pulsus leuiorius quadrantis, & pri-
mus pulsus hora maioris, computari possunt pro
vnico tempore, & quasi completi totam horam us-
que primum pulsus hora maioris, & si Breslerus
probabile putet usque ad ultimum pulsum; id est ali-
quis in tali casu posset dicere non esse à communio-
ne abstinentium.

RESOL.